

IMG - 4279

Strängnäs (Schweden) Fulda c. IX 2/3

97. Cui defuncto filius quinquennis Otto[1] superstes erat. Quem[2] patri succedere in regnum, cum aliquot primates voluissent, id ab aliquibus contradictum est. Ingenti tamen virtute, variaque fortuna ei[a] regnum[a] postea paraverunt[b]. Nam Hezilo[3] regis paulo ante defuncti patruelis, qui adhuc in carcere vinctus ab eo tenebatur, eo quod adversus eum regnum appeteret, pravorum dolis in pernitiem r(ei) p(ublicę) elapsus, et quorundam munitionibus receptus est, vir ęque ut Otto nobilis[4], corpore eleganti ac valido, honoris cupidus ac factiosus, animo[5] vasto, sed fallaci. Hic regnandi avidus, omnes[6] sacrilegos, aut iuditiis convictos, sive etiam pro factis iuditium timentes, postremo omnes flagitiosos, quos conscius animus exagitabat, sibi proximos ac familiares fecit. Talium dolis, regis defuncti superstitem filium Ottonem parvum rapuit[7], eius loco sese regnaturum ratus. Regnum ergo sic in suum ius refundi[c] arbitrans, sceptrum et coronam sibi paravit. Quod[8] dum a Lothario expetendum cogitaret, eumque concessa Belgica sibi sotium et amicum facere moliretur, legatos premisit, apud quos, sacramento commune[d] negocium[d] firmaretur. Quo etiam sacramento, utrique reges sibi pollicerentur, sese super Rhenum loco constituto sibi occursuros.

98. Quibus[1] per legatos iuratis, Lotharius tempore statuto cum exercitu per Belgicam transiens, ne[a] teneretur s<acra>menti obn<oxius>[a] ad locum[2] Rheni condictum deve-

97. a) *über gestrichenem* hoc. b) pa- *über der Zeile,* -rau- *auf Rasur (wahrscheinlich von* fec-*).* c) *korr. aus* refundere. d) *korr. aus* consilium commune super hoc negocio.
98. a-a) *am Rand.*

97. 1) *Ks. Otto III. (983–1002). Geboren im Juni/Juli 980, war er beim Tod seines Vaters dreijährig: Reg. Imp. II 3, S. 415 Nr. 956a.* 2) *Otto III. war bereits im Mai/Juni 983 zum Kg. gewählt und am 25. Dezember 983 in Aachen gekrönt worden, bevor die Nachricht vom Tod seines Vaters eingetroffen war: Reg. Imp. II 3, S. 417 Nr. 956n, S. 419 Nr. 956t. Über die anschließenden Beratungen der Fürsten vgl. ebda. S. 420 Nr. 956v (wo Richers Nachricht vielleicht zuviel Bedeutung beigelegt wird).* 3) *Heinrich der Zänker, Hg. von Bayern, Vetter Ks. Ottos II., † 995. Er befand sich beim Tod Ottos II. in Haft bei B. Folkmar von Utrecht und wurde auf die Todesnachricht hin freigelassen: Reg. Imp. II 3, S. 420 Nr. 956y.* 4) *Sallust, Bellum Iugurthinum 15, 4:* homo nobilis inpiger factiosus, avidus potentiae honoris divitiarum. 5) *Sallust, Coniuratio Catilinae 5, 5:* vastus animus. 6) *Sallust, Coniuratio Catilinae 14, 3:* omnes undique parricidae sacrilegi convicti iudiciis aut pro factis iudicium timentes . . . postremo omnes quos flagitium egestas conscius animus exagitabat, ii Catilinae proxumi familiaresque erant. 7) *Reg. Imp. II 3, S. 420 f. Nr. 956y: kein „Raub Ottos III.", sondern „freiwillige Übergabe"; Gesta episcoporum Cameracensium I 105, S. 444:* puerque regius ab Einrico rapitur. *Ob Heinrich der Zänker auf Eb. Warin von Köln, in dessen Obhut sich Otto III. befand, mehr oder weniger starken Druck ausgeübt hat, wird von den Quellen nicht verraten.* 8) *Reg. Imp. II 3, S. 421 Nr. 956 a/1: Januar 984. Die Datierung der Ereignisse in den Jahren 984/985 ist umstritten. Die Verabredung Heinrichs des Zänkers mit Lothar erwähnt ep. 39 in Gerberts Briefsammlung, ed.* WEIGLE *S. 66–68. Dieser Brief wird von M. Uhlirz in den Januar 984, von anderen (weniger wahrscheinlich) in den Dezember 984 gesetzt. Vgl.* PARISOT, *Origines de la Haute-Lorraine S. 344 Anm. 1, S. 501–514;* RICHÉ – CALLU, *Gerbert 1, S. 95 Anm. 1.*
98. 1) *Reg. Imp. II 3, S. 423 f. Nr. 956 f/1.* 2) *Als Treffpunkt war zum 1. Februar 984 (oder 985) Breisach auf dem rechten Rheinufer vorgesehen.*

Strängnäs

IMG-4279 Beda, Hom. in natale b. apostolorum Petri & Pauli